

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 66. Pontificis diploma pro præcavenda dissensione editum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

rursus hunc Molinæ librum censura **Sæcul.XVI.**
perstringebat. **A.C. 1595.**

§. LXVI.

*Pontificis diploma pro præcavenda
diffensione editum.*

Interea disputantium æstus non modo
in Lusitania, sed in Hispania inter **Hist. l.c.**
Jesuitas, & Dominicanos indies ma-
gis effervescebat; hi enim suarum
partium esse credebant, ut rem ad su-
premium Regni Castellani Inquisitorem,
qui tum erat Cardinalis Quiroga Tole-
tanus Archiepiscopus, deferrent: cum
autem hic Præsul hanc disputationem
in apertum schisma degeneraturam ve-
reretur, gravibus admodum verbis to-
tam rei seriem ad Pontificem perscribe-
bat: eapropter Clemens VIII. ad Tole-
tanum Archiepiscopum, necnon ad Ca-
millum Cajetanum tum Madriti Sedis
Apostolicæ Nuntium ineunte Mense
Julio anno Christi millesimo quingen-
tesimo nonagesimo quarto diploma
dedit, in quo hujus negotii cogni-
tionem Archiepiscopo, & Nuntio inter-
dicit, ubi hæc tria puncta per Camillum
 nomine, atque authoritate sua sub
gravissimis poenis Superioribus di-
ctarum Religionum præcipit, & qui-
dem primo suis quoque Religiosis in-
terdicant, ne acribus verbis, aut in-
juriis super his quæstionibus de gratia,

Pp 3 publi-

XXXI.
exerat,
omini-
ari cu-
gio li-
appro-
o Lusi-
entiam
acce-
gonen-
n edere
Cardi-
udolphi
Prorex
o Fran-
sietatis
c Jesui-
olinam
elæ ne-
um tan-
us spes
inæ li-
narent,
nulli se-
c pre-
sitanus
modo
nanc in
lus: de
gnabat,
mille-
tertio
equenti
rursus

Sæcul. XVI. publice, aut privatim in defensionibus
A.C. 1595. thesum, aut alia quacunque occasione utantur, aut se se mutuo condemnent, quoad usque controversia per Sedem Apostolicam decisa tuerit. II. Utriusque Religionis Provincialibus injungit, ut hi ex suis doctissimos feligant Theologos, qui utriusque Scholæ sententias circa gratiam, Prædestinationem, scientiam, & voluntatem Dei examinent, easque solidissimis argumentis ex sacris Paginis, & Ecclesiæ traditione petitis corroborent. III. Denique mandat, ut Hispaniæ Universitates, (*) Episcopos, & doctiores Theologos circa controversas hæc quæstiones in consilium vocent, atque ab eis illorum sententias scriptotenus exigant.

§. LXVII.

*Molina suam doctrinam vindicaturus
 Madritum delatus.*

*Hist. l.c.
 pag. 120.*

Has igitur literas Nuntius die decima quinta Augusti anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quarto ad utriusque Ordinis Provinciales transmiserat, easque in

P p 4 exē-

(*) In Historia Congregationis recitantur literæ Camilli jussu Pontificis exaratae, de postremo tamen hoc mandato nulla fit mentione, quod etiam præfatæ Historiæ Auctor observat his verbis: *nihil in hac epistola de coniunctis Academiis.*